



520  
20

Z. n. 18.



18. iij.



b.7

JESUM  
 TOT NAZΩΡΑΙΟΥ  
 NAZARENI  
 NOMINE APPELLATUM  
 IN MATTH. C. II. 23.  
 PIE RECOLENS  
 FESTUM  
 NATIVITATIS  
 JESU IN URBE BETHLE-  
 HEM NATI

INDICIT  
 ET  
 AD ORATIONEM SOLENNEM

*FERIA FESTI PRIMA CIRCA HORAM XII.*  
 IN TEMPLO ILL. AUGUSTEI

DEVOTE AUDIENDAM  
 ILLUSTR. AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS  
 UTRIUSQUE REIPUBL. PROCERES ET LITERATOS HUIUS  
 URBIS AMPLISSIMÆ OMNES UT ET CIVES  
 ILLUSTRIS AUGUSTEI

DECENTISSIME OFFICIOSISSIMEQUE  
 INVITAT  
 M. CHRISTIANUS REINECCIUS, SS. TH. B.  
 CONSIL. SAXO-WEISSENF. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P. P.





ESSIAM Mundi Salvatorem in ipsa urbe Bethlehem, sicut à Propheta Micha prædictum erat, natum esse, omnis historia cum sacra tum profana testatur, idemque in Festi hujus Nativitatis Christi solemnitate Civibus Ill. Augustei aliquoties commendata commonstravimus. Quod autem JESUS DEI & Mariæ Filius Bethlehemi natus inde non *Bethlehemita*, sed ab urbe Nazareth *Nazarenus* vulgo appellatus est, valde offendit Judæos, & Matthæo quæ c. 2, 23, Iesum tradit *Nazarenum* esse appellandum, cum ipse ex

Matthæi & Lucæ narratione *Bethlehemita* fuerit & appellari debuisset, ab urbe in qua natus est, non autem *Nazarenus*, cujus nominis nullum in Prophetis indicium adsit & nullum vaticinium extet, acriter insultant, eumque jam mendacii arguunt in *provocatione ad Prophetas*, jam Iesum Nazarenum verum esse Messiam inficiantur, quia *Nazarenus* non *Bethlehemita* appellatus sit. Sed iis varie ab Interpretibus occurrit. Ipsi enim Judæi negare non possunt, Messiam à Micha c. V. 1. prædictum esse oriundum ex Bethlehem, & ipsa eventus historici veritate ad hæsitentur Iesum nostrum Bethlehemi natum esse. V. *David Ganz* in 1771 *MCS* l. 2. p. 177. &c. Plura etiam nomina & cognomina Messie ultro Judæi concedunt, quorum ratio alia atque alia ab ipsis dari solet. Utur ergo natiuitate Iesus fuerit *Bethlehemita*, & dici ita poterit, non tamen *Bethlehemita* vulgo dictus est, sed potius *Nazarenus*, quia à teneris Bethlehemio exisse coactus, & redux ex Ægypto in Nazareth educatus est. Retinuit ergo nomen non a loco natiuitatis, sed a loco educationis: eo quod sedem Josephus Nazarethi fixerat, & Iesus in domo paterna cum Parentibus, usque dum adoleceret, commoratus erat & in Galilæa manifestatus. Unde Judæis quoque nonnullis, qui patriam ejus ignorarunt, *Galilæus* visus est & nominatus Joh. 7, 41, 52, quod *Galilæus* nomen cum nomine *Nazareni* coincidit, & promiscue usurpatur de Iesu Matth. 26, 69. Luc. 23, 5, 6. &c. Idemque mox in dolem sequela induit & doctrinæ Joh. 7, 52. Act. 24, 5, quod sæpe fieri solet etiam in nominibus aliis & in ipso nomine *Judæi* advertitur. Sufficit ergo IESUM revera Bethlehemi natum esse & ex natiuitate Bethlehemitam esse: nec officit aliis quoque nominibus eundem appellari, & ab educationis loco *Nazarenus* & *Galilæus*, eo quod juxta Scripturas Galilæa in qua sita erat Nazareth, quæque dicitur *Ναζαρέτ τῆς Γαλιλαίας* Matth. 21, 11. in primis luce Messie collustranda fuit, & ipsi nomini *Nazareni* prælasertint Prophetæ. Hæutquaquam ergo mendacii Matthæum in provocatione ad Prophetas argui debuisset à Judæis, Judæi agnoscent, qui præscas suas in Talmude & scriptis Hebræorum veteribus allegandi Scripturam formulas modosque perpendent, & quæ erudite hanc in rem congestit *Surenhusius* in מנחת כהן l. 1. p. 2. & l. 2. p. 197. Verba Matthæi sunt c. 2, 22, 23. *Ἀκούσας δὲ ἐν Δεχέλαος Βασιλέων ἐπιτίθῃς Ἰουδαίους ἀντιήρωδον πατέρας αὐτοῦ ἐφοβήθη ἐκείνῳ ἀπαλθῆναι. Ἐρημαποδῆς δὲ κατ' ἄναξ ἀνεχώρησεν ἐς τὴν μέση τῆς Γαλιλαίας. Καὶ ἐλθὼν κατὰ κηρὸν ἐς πόλιν λεγομένην Ναζαρέτ ὅπου πηρωσθῆ τὸ ἔθνη ἐν τῷ προφήτῳ οὗ τῆς Ναζωραίου κληθῆσεται. Jam quaeritur quid ex mente Evangelistæ hujus dictum sit per Prophetas & in hac narratione impletum intelligatur? An quod sequitur: *ἐν Ναζωραίου κληθῆσεται* An quod præcessit: *Ἰησοῦς ἐν Γαλιλαία κομμοῦν αὐτὸν ἐσσε*, ita ut, non casu delatus in Galilææ partes à Josepho divinitus admonio censeatur IESUM, sed ut prædefinitum in Prophetis consilium Dei seu dictum hoc per Prophetas impletur. Item: An illud *ἐν Ναζωραίου κληθῆσεται* in Prophetis sit querendum? An potius pro collectione aut conclusionem Evangelistæ habendum? Si utrinque prius acceptetur, ut communiter solet fieri, quanquam & aliud sentiant nonnulli alii, qui posterior apprehendunt, qua de re infra; queritur, *quoniam modo* & ubi à Prophetis prædictum fuerit IESUM vocandum esse *Nazarenum*? Respondemus, inquit *Surenhusius* l. c., hoc ænigmatice & subobscure à Prophetis prædictum esse, & non expressis verbis: etenim iis, qui à limine salutarunt Prophetas, ignotum esse non potest, Pro*

Prophetas non minus per aenigmata, quam per typos & allegorias locutos fuisse; in ty-  
 pis & allegoriis ipsa res innuitur sine mutatione ac vicissitudine vocabulorum; contra ve-  
 ro in aenigmatibus ex verborum vicissitudine, qua Prophetæ verba cum aliis commu-  
 tantur, res elucidatur, & quando alteruter allegandi vel explanandi modus obtinet,  
 Hebræorum Doctores dicere solent, שְׁמַר מִה שְׁמַר, ad confirmandum, sive ad im-  
 plendum id quod dicitur, & Evangelistæ *ἡ ἀπαγγελία τῶν προφητειῶν*. Hanc vero allegandi for-  
 mulam non solum in allegoriis verum etiam in aenigmatibus obscurissimisque parabolis  
 designandis in usu fuisse apud Veterum Hebræorum Doctores, ex multis Talmudis locis  
 probari potest. Sic in Codice Berachoth sive de Precibus f. 55. col. 2. per שְׁמַר מִה  
 axioma illud: כל החלומות הולכין אחר הפה *omnia somnia interpretanda sunt secun-*  
*datum os interpretis*, tam in malam quam in bonam partem. Hoc vero axioma ex Gen.  
 41. 13. desumptum esse docent Gemarici Doctores, ubi præfectus cellæ vinarie dicit Regi  
 Pharaoni, ad interpretationem somnii illius neminem aptiorem inveniri posse, quam  
 servum quendam Hebræum, quia is antea somnium ipsius & pictoris interpretatus erat,  
 & somnia utriusque illum habuisse eventum, quem servus ille Hebræus prædixerat, quan-  
 do dicit: הלא חלמתי על כני ואחזי חלה לך *omnia somnia interpretatus est no-*  
*bis, ita evenit, me in priorem statum restituit, illum vero suspendit*. Sic iterum f. 57,  
 col. 2. traditur de quodam Mar Rabbinae filio, postquam Babyloniam ingressus esset, il-  
 lum aliquam terræ copiam in gremium suum accepisse, eamque extra terram Babyloniam  
 projecisset: שְׁמַר מִה לקיים *ut impletur id quod dictum est: ושמרת במאמץ השמר*  
*& eorum eam (Babylonem) everriculo excidit* El. 14. 23. Iterum f. 19. col. 1. dixit Abai,  
 traditione tenemus quod ventus procellosus per integras duas horas continuare nequeat,  
 שְׁמַר מִה לקיים *ut impletur id quod dictum est Nahum 1. 9. דמו Berachoth f. 62.*  
*col. 2. & Joma f. 83. col. 2. dicitur dictum esse in lege: כל הרהג שחמך כה לרהגך*  
*si quis venerit te occisum, fac ut ipsum prius occidas*. Ad hæc verba notant Do-  
 ctiores ad Berachoth 1. Sam. 24. 11. & ad Joma Exod. 22. 1. - Rationem vero, cur prisici Do-  
 ctores hoc modo Sacras Scripturas allegaverint, hanc adferunt Gemarici, quod brevi-  
 tati studere voluerint & sensum potius indigitare quam verba allegare. „Hoc imitatus  
 Matthæus nihil novi egit, nec quod criminari debeant Judæi moderni. Etsi enim à Pro-  
 phetis non dicitur expressis verbis, Jesum in Nazareth habitatum, nihilominus tamen è  
 sensu verborum id colligi potest. Dum enim à Propheta Esaia c. 8. 23. 9. 1. prædicitur,  
 fore aliquando, ut in Galilæa honos decusque Mesia exoriretur, cuius doctrinæ lumine  
 incolæ illius prius illustrarentur, hinc Jesu Nazaretham urbem in Galilæa sitam advenien-  
 te, dici poterat impletum esse Jesaie vaticinium de lumine doctrinæ per Mesiam in Ga-  
 lilæa excitando, ita ut hoc indubitatum esset axioma propheticum apud Judæos *Messiam in*  
*Galilæa vitam suam acturum*; qua ratione Esaia Nazarethæ fecesisset Matth. 4. 14. Esaie  
 loco porro Surenbushius addi posse sentit Gen. 49. 11. quem locum & Reizius in Not. ad God-  
 vvini Mos. & Aar. p. 70. citat, pro quo D. Grunbergius disp. pec. c. 3. §. 17. maluit adde-  
 re Deut. 33. 19. & Pl. 68. 8. : ex quibus conficitur Mesiam in Galilæa commoraturum esse  
 & nomen Galilææ reportaturum. Sed quoniam Jesus in utero matris suæ conceptus erat  
 in urbe Nazareth (*ἢς Γαλιλαίας* Matth. 21. 11.) Luc. 1. 26. & illic juvenilem ætatem transi-  
 gere debebat, hinc Matthæus illum primum ab urbe Nazareth denominatum esse & non  
 ab alio quodam loco, tradit. Idque a Prophetis non scriptum esse, sed dictum שְׁמַר  
 refert. Qui enim Mesiam in Galilæa primum se manifestaturum & Galilæam fore dicunt,  
 iidem dicunt accedente rei impletæ circumstantia & Nazareth fore. Unde Coccejus ad h. l.  
 scribit: *Prophetia, quæ aliquid dicit futurum, impletur per aliquid tale, quod secundum*  
*prophetiam fit, id illustrat prophetiam non aliter, atque hæc in specie nominatim diceret.*  
 Quod certe, sentente Surenbushio l. c., satisfacere debet Judæo, qui ex formula allegationis  
 cognoscit

eognoscit Matthæum non ipsa verba Prophetarum allegare voluisse, sed quid in sensu verborum reconditum sic aperire. Idque eo feliciter, quo clarius ipsa illa nomina נָצַר נְצִירִים in Prophetis leguntur. נָצַר significat *sarculum* & legitur de Messia Efa. 11, 1. ibidemque idem *סַרְסָרִיּוֹס* הַכֵּזֶר *virga tenera*, & c. 53, 2. וְיֹנֵץ *sugens ramus*, item רָךְ *tenuis ramusculus* Ezech. 17, 22, 23., & *צֶמַח* *germen* Esf. 4, 2. Jer. 23, 5, 33, 15. Zach. 3, 8. vocatur, & hoc dicitur שָׁלוֹם nomen ejus Zach. 6, 12. Jam vero cum urbs נָצַר dicta a נָצַר *custodiavit* quæ custodiendus *sarculus* vid. R. David de Pomis in Lex. h. l., & Messias etiam non sine gravi ratione a Spiritu S. dictus fuerit נָצַר Esf. 11, 1., & apud Judæos נָצַר כֵּן Vid. Buxtorfius in Lex. Talmud. p. 133., item נָצַר Job. 7, 20., quod quidem nomen Messia miratur *VViesius* œcon. l. 4. c. 3. §. 29. non observatum esse ab interpretibus & huc revocatum: præterquam a F. Socino; Sed huc revocatum omnino legitur apud J. Brentium nostratem Theologum & *Mommam* Reformatum, quod mirum est ipsum non observasse *VViesium*. A quo etiam Christiani nominantur נְצִירִים Jerem. IV, 16. & XXXI, 6., ad quæ loca ex ipsis Judæis scribit R. Abarbenel Comment. f. 103, a. & 130. a. אֲבָרְבֵנֶל הַבְּבִיא. שָׂפָח נְצִירִים בְּרַחוּ הַקֹּדֶשׁ שְׂדֵרוֹמִים עִירִים לְדַמְסֵן כִּשְׁעֵי הַנְּצִירִי מִפְּנֵי זֶה נְצִירִים *quod Romani credituri essent in JESUM NAZARENUM, propterea illos hic vocat Nozerim Nazarenos.* Non dici potest, quod nomen NAZARENUS, quod Christo in diebus carnis a commemorationis loco Nazareth adhæsit in Prophetis non legatur. Certe si modo adducta perpenduntur Judæi, non amplius habebunt causam de bona fide Evangelistæ aut dubitandi aut conquerendi. Habent enim in his locum a Prophetis designatum primæ commemorationis Messia in Galilæa, legunt nomen partim per argumentum שׁוֹה נְצִירָה *suavitudine vocum* peti tum & Judæis non infrequens, partim *אֵלֶּיָּהּ שָׁחָה* Job. VII, 20. & in nomine נְצִירִים Christianorum Jer. 4, 16. & 31, 6., quod ipsi a נָצַר gerunt, fatente R. Abarbenel i. e. conf. *Altingius* T. 2. Oper. P. 4. in Parall. 15., *Salomo van Till* h. l. p. 90. *J. Edzard.* diff. ad Esf. XI. §. 13. *Br. H. Gebhard* in Vind. Loc. N. T. adv. R. *Isaac Ben Abrabam* p. 21, &c. Quod si dixerit: nec tantum ab urbe Nazareth *Nazarenus* esse Messiam prædictum esse a Prophetis. Ex adverso dicitur, nec sine complexione urbis Nazareth locum commemorationis Messia in Galilæa a Prophetis prædictum esse, ipsamque rem impletam arguere, non id sine respectu ad urbem Nazareth factum esse, & נָצַר, נְצִירִים vocari Messiam ejusque Sectatores נְצִירִים a Spiritu S. Quæ vero alia Scripturarum Scrutatores, Philologi & Theologi ad vindicandum locum hunc Matthæi prolixè attulerunt, quæque in integris tractatibus & dissertationibus congesta sunt, in præsentem non tangimus, sed B. L. remittimus ad *Joh. Marctium* Exerc. Script. N. T. exerc. 1. p. 319. q. *Jac. Guffertum* in Confut. R. *Isaacip.* 365., *VValtber.* Harm. h. l. & ubi legi illa possunt. Quæ cum omnibus non fatisciant omnibus, nec in supra allatis acquiescât eximii quidam Viri, alia rem aggressi sunt via, quam supra indicavimus, & hanc textus paraphrasin commendarunt: *Divinitus autem informatus in somno, successit in partes Galilæe, cumque eo venisset, habitatum concessit in civitate dictam Nazareth, ut dictum per Prophetas impletur. Quæ quidem ratione (vel quam ob causam seu ea propter) Nazareus vocatur, est & erit.* Ita ut verba *ὅτι Ναζαρεθ* *ἵνα πληρωθῆναι* ipsius Evangelistæ Historici verba sint, non Prophetarum, æque ac *ὅτι ἡ πόλις αὐτοῦ καλεῖται Ναζαρεθ* non scripturarum sunt Matth. 26, 54. Quo de alius dicendi nobis locus atque spatium, quo jam excludimur, forte dabitur. In præsentem, quod super est, magis curabimus, ut Jesum Nazarenum verum Messiam agnoscamus & piis animis excipiamus fructumque natiuitatis ejus, quod venerit ad Satanæ opera destruendum, sentiamus. Aget hoc efficietque Nobilissimus ac Pereximius Juvenis DN. SAMUEL CARL, Leucopetrensis SS. Th. Studiosus perquam industrius nobisque & pietatis & eruditionis laude commendatissimus charissimusque de ORACULO tempore natiuitatis Christi obmutescere peroraturus. Quem ut illustres Aule Severissimæ Ministri & Utriusque Reipubl. Proceres nec non Literatj Urbis hujus Amplissimæ una cum Civibus Ill. Augustej, benigne audire & frequenti præsentia sua dicentem animare velint, etiam atq; etiam lego atq; oro. P. P. D. 4. Adv. MDCCXXXV.

Leucopetraz, Litteris G. A. Legij, Aul. & Aug. Typogr.

Nr 885.  
40

ULB Halle  
001 556 347



3

So.

Witt

2. C.







B.7

JESUM  
TOT NAZΩΡΑΙΟΥ  
NAZARENI  
NOMINE APPELLATUM  
IN MATTH. C. II. 23.  
PIE RECOLENS

# FESTUM NATIVITATIS

JESU IN URBE BETHLE-  
HEM NATI

INDICIT,  
ET

## AD ORATIONEM SOLENNEM

*FERIA FESTI PRIMA CIRCA HORAM XII,*

IN TEMPLO ILL. AUGUSTEI

DEVOTE AUDIENDAM

ILLUSTR. AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS  
UTRIUSQUE REIPUBL. PROCERES ET LITERATOS HUIUS  
URBIS AMPLISSIMÆ OMNES UT ET CIVES  
ILLUSTRIS AUGUSTEI

DECENTISSIME OFFICIOSISSIMEQUE

INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS, SS. TH. B.

CONSIL. SAXO-WEISSENF. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P. P.

